

1110. DE SYLLOGISMO

Vorläufige Datierung: 1690 bis 1696

Überlieferung:

- L* Konzept: LH IV, 7B, 4, Bl. 26. 1 Bl. 8°. 2 S.
 5 *E*¹ COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 327 f. (Teildruck).
*E*² VE, N. 98.

bearbeitet von Gerhard Biller u. Heinrich Pfannkuch

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Wasserzeichen belegt von November 1690 – November 1696

[Thematische Stichworte:] Syllogismus categoricus. Inclusio, exclusio; propositio universalis, particularis;
 10 affirmatio, negatio

[Einleitung:] —

Syllogismus est actus mentis, quo per subjecto inclusum vel exclusum medium, colligitur: praedicatum etiam illi inclusum vel exclusum esse. Duabus autem res constat regulis.

1) Medium subjecto inclusum, etiam praedicatum sibi inclusum (vel exclusum), ei includi
 15 (vel excludi) ostendit. *BC*, *AB*, *AC* per *aaa*, *aeae*, *aai*, *ea*. Hinc in *aeae*, et *ea* convertendo simpliciter fit *e.CB*, *a.AB*, *e(vel o).AC*, nam *e.BC* sequitur ex *e.CB*.

2) Medium subjecto exclusum etiam praedicatum se includens subjecto excludi ostendit. *a.CB*, *e.AB*, *e(vel o).AC*. Ergo *a.CB*, *e.BA*, *e(vel o).AC*, nam prior modus sequitur ex hoc.¹

¹ Neben den Regeln 1 und 2 bemerkt Leibniz am Rande: 6
 20 $\frac{4}{10}$

His 10 si addas per regressum binas ex quovis, fient adhuc 20, ita 30. Sed revera solum 24. Ergo 4 bis occurrent. Forte nec hinc satis omnes.

12 est (1) conclusio (2) actus *L* 12 quo (1) prae (2) subjecto per medium ipsi inclusum vel
 exclusum, cognoscitur (3) per ... exclusum *L* 13 praedicatum (1) huic inclusum vel exclusum, (2)
 etiam *L* 15 Hinc (1) *a.AB* (2) *a.CB*, (v.) (3) *a.BC*, *a.AB*, *a.AC*, *e.BC*, *e.AB* (4) in (a) *aaa* (b) *aeae*, *L*
 18 *e.AB*, (1) *e.AC* (2) *e(vel o).AC*. *L*

22f. His ... omnes: vgl. LEIBNIZ, *Dissertatio de arte combinatoria*, Leipzig 1666, § 27 (VI, 1 N. 8, S. 184 f.), u. N. 1005.

Haec pertinent ad propositiones universales, nam includi est de includente universaliter affirmari, et excludi est de excludente omni [universaliter] negari. Sed et hinc particularium usus colligitur quia particularis affirmativa est negatio exclusionis; et particularis negativa est negatio inclusionis. Itaque contrapositione uti licet, id est negata conclusionem et admissa una praemissarum in regulis universalium sequitur negari alteram praemissarum. Et quia universalis [negativa] et particularis affirmativa convertitur simpliciter, seu si affirmes vel neges *A* excludere *B*, etiam affirmas vel negas *B* excludere *A*. Etiam variatur contrapositio. 5

3) Itaque² contrapositione regulae primae duplici, si subjecto praedicatum neges includi (excludi) alterutrum sequitur vel medium subjecto non includi, vel praedicatum medio non includi (non excludi). Id est: Si subjecto praedicatum neges includi (si subjectum et praedicatum neges inter se excludi), affirmes autem medium subjecto includi, negare debes praedicatum medio includi (praedicatum et medium inter se excludi). Rursus si subjecto praedicatum neges includi (si subjectum et praedicatum neges inter se excludi), affirmes autem praedicatum medio includi (excludi), negare debes medium subjecto includi. 10

4) Similiter³ duplex est contrapositio regulae secundae, nam si subjectum et praedicatum neges inter se excludi, affirmes autem subjecto excludi medium, negare debes medium praedicato includi; et rursus si subjecto neges excludi praedicatum, affirmes autem medium praedicato includi, negare debes medium subjecto excludi. 15

Est et modus sine contrapositione colligendi particulae, ex universalibus propriis. Nam ex universali affirmativa sequitur particularis affirmativa, seu ex inclusione sequitur negatio 20

² Neben der Regel 3 notiert Leibniz: 4

³ Neben der Regel 4 notiert Leibniz: 2

1f. de (1) omni affirmari, (2) includente (a) universalis affirmatio, (b) universaliter affirmari, L 2 est (1) ab omni removeri. (2) de ... omni (a) universalis negatio. (b) | universalis ändert Hrsg. | negari. (aa) 3. Sed (bb) Sed L 2 hinc (1) particularis (2) particularium L 4–8 Itaque ... est (1) negando conclusionem et admissa altera (2) negata ... quia (a) ea particulari (b) universalis et particularis ... contrapositio. erg. | Ut et si *A* exclu erg. u. gestr. | (aa) Itaque si medio praedicatum includi vel excludi neges, subjecto praedicatum inc (bb) 3) Itaque L 8f. regulae (1) prioris (2) primae (a) , si (b) duplici, si (aa) med (bb) praed (cc) subjecto (aaa) neges includi vel excludi | darüber subjectum et erg. u. gestr. | praedicatum, | negas invicem excludi erg. | (bbb) praedicatum ... (excludi) L 10 excludi. (1) Scilicet si medium (2) Id est: L 10f. subjecto (1) neges includi praedicatum, excludi praedicatum, (2) praedicatum ... excludi, L 11f. includi, (1) sequitur praedicatum non includi (non excludi). | (2) negare ... excludi. erg. | (a) Sed subjecto ex (b) Item (c) Rursus L 12f. subjecto (1) neges includi (excludi) praedicatum, (2) praedicatum ... excludi, L 15f. si (1) praedica (2) subjecto neges excludi praedicatum, (3) subjectum ... excludi, L 19-S. 111002.7 Est ... ei (1) non includi (2) non excludi ... includi ostendit erg. | (a) Ex his enumerationem in (b) Superest unus colligendi modus, nam si neges *A* excludere *B*, etiam negas *B* excludere *A*. Hinc (aa) novae (bb) novi rursus modi | contrapositiones variando erg. | . Nam 7) Ex regulae 1. contrapositione variata: Si subjecto neges erg. u. gestr. | Atque L

exclusionis. Similiter ex universali negativa, sequitur particularis [negativa], sive ex exclusione sequitur negatio inclusionis. Hinc

5) ex reg. prima sic colligemus: medium subjecto inclusum etiam praedicatum sibi inclusum (exclusum) ei non excludi (non includi) ostendit.

5 6) Ex regula secunda sic: medium subjecto exclusum etiam praedicatum se includens subjecto non includi ostendit.

Atque haec sunt, quaecunque ex tribus tantum terminis combinatis duci possunt, totaque adeo Syllogismi Categorici natura continetur, eaque exponendi ratione facile et intelligitur et retinetur.

10 Hinc animadvertis inductione sufficientis enumerationis conclusionem sequi partem debiliorem, et ex puris debilibus nihil sequi.

1 affirmativa, *L ändert Hrsg.* 7 combinatis (1) sumi (2) duci *L* 8 continetur, (1) satis ⟨ab⟩ (2) eaque (a) colli (b) exponendi *L* 10 Hinc (1) coll (2) animadvertis *L* 11 sequi. |Merentur haec conferri cum communibus figuris. Regula prima exhibet modos colligendi duos, secunda unum. (1) Regula (a) tertia (b) sequente (2) Regulae tertia et quarta continent duarum primarum contrapositiones *gestr.* |*L*